

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Angelus u  
cum fonte primo

Boni angeli ad ministerium  
humane salutis deputati sunt  
ut cunctis administrent mundi  
et regant omnia iussu Dei.

Ysidorus de summo bono.

Boni autem angeli ad ministerium  
salutis humanae deputati sunt,  
ut curas administrent mundi,  
et regant omnia iussu Dei,  
testante apostolo: *Nonne omnes, inquit, sunt  
administratorii spiritus, in ministerium missi  
propter eos qui hereditatem capiunt salutis?*

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 1.10.18  
(CCSL 111, P. Cazier ed., p.35, ll.121-126).